52

facilius possunt saxa molliri · et ferrum in
plumbi molliciem conuerti quam ab intentio=
ne christiana mens huius puelle reuocari ·
Tyrannus enim et dyabolus quattuor ia=
culis ipsam superare voluerunt scilicet mi=
nis vt eam terrerent · promissis vt allice=
rent Temptationum iaculis vt animum p
forarent Tormentis et supplicijs vt confrin
gerent · Sed minis non poterat terreri quia
supra fundamentum fidei fuit fortissime fū
data Mathei septimo · Descenderunt plu=
uie et venerunt flumina et venti flauerūt
et non cecidit · fundata enim erat supra fir
mam petram · ¶ Nec promissis potuit alli=
ci quia supra christum per caritatem fuit so
lidata et radicata ephe · iij · In caritate ra
dicati et firmati etcetera · ¶ Nec temptati
onum iaculis potuit perforari quia tota fu
it ferrea · id est lorica fidei induta ephe · vj ·
Induta lorica iusticie etcetera · Nec tormē
tis potuit frangi quia tota erat saxea et a=
damantina Ezechielis secundo · vt adamā=
tem et silicem dedi faciem tuam · ¶ Secun
da fortitudo erat quia contra mundi et ty
ranni seuiciam pugnauit et vicit cum dici=
tur · Roborauit brachium suum · ¶ Quadru=
plici nanque acie tyrannus contra eam pu=
gnauit quia fecit eam in eculeo extendi in
mamilla torqueri in carcere obscuro reclu=
di et inter testas et carbones volutari ·
Sed primam aciem scilicet penam eculei vi
cit consideratione eterne remunerationis
vnde dixit · Ego in his penis delector sicut
qui bonum audit nuncium vel qui videt
quod diu desiderauit vel qui multos the=
sauros inuenit nec potest anima mea ī pa
radisum introire cum corona martirij nisi
feceris corpus meum diligenter a carnifici=
bus attrectari · Ex quibus verbis habetur
quod ipsa per merita passionis sperabat se au
dire bonum nuncium · id est bonam auditio
nem qua dicitur mathei vicesimoquinto ·
Venite benedicti patris mei percipite re=
gnum etcetera · Sperabat se videre ami=
cum id est recipi se ad dei visionem · sciens
quod illa est tota merces sua iohannis deci=
mo septimo · Hec est vita eterna etcetera ·
Tota leticia sua job tricesimotercio · vide=
bit faciem eius in iubilo Tota delectatio
sua hester decimoquinto · Facies tua plena
gratiarum · ¶ Sperabat se inuenire cele=
stem thesaurum · De quo dicitur mathei octa
uo Nolite thesaurizare vobis thesauros in
terra / thesaurizate autem vobis thesauros
in celis · Thesauros autem mundi in seipso
confunditur ideo dicitur · vbi nec erugo ·
aut in morte relinquitur ideo dicitur aut ti

nea aut nobis aufertur · ideo dicitur nec fures
etcetera · jn celo autem nulla erit consump
tio vbi vera eternitas · nulla mors vbi ple
na immortalitas · nullus timor vbi plena se
curitas · sperabat se recepturam coronam
regalem · ij · thim · iij · Non coronabitur nisi
qui legitime certauerit · Certauit enim for=
titer letanter vtiliter · vnde dicitur de ea /
mentem sanctam spontaneam scilicet ha=
buit Ecce primum honorem deo supple de=
dit quo ad secundum et patrie liberationem
scilicet impetrauit quo ad tercium · ¶ Se=
cundo fuit in mamilla tota illud certamen
vicit ex triplici consideratione cum ait Ego
habeo mamillas integras intus in anima
mea quas ab infantia deo consecraui Ma=
mille sunt intellectus et affectus ipsa qui=
dem mamillas integras scilicet sinistram
qua deum cognouit per fidem et dexteram
qua ipsum amauit per deuotionem · Et istas
mamillas habuit consecratas quia intelle=
ctum posuit circa vtilia inuestiganda et af=
fectum circa celestia diligenda Et istas ma
millas consecrauit non in senectute sed ab
infancia Treno · iij · Bonum est viro cū por
tauerit iugum ab adolescentia sua · ¶ Ter
cio fuit in obscuro carcere clausa et contra
illud certamen apostolus dedit sibi triplex
auxilium scilicet splendorem eximium secū=
da Corinthiorum · sexto · Que societas lucis ad
tenebras · dulce alloquium Ecc · decimoocta
uo Nonne ardorem refrigerat ros · sic et ver
bum melius quam datum · Et celeste medica=
mentum quia mamilla fuit sibi restituta ·
Ecc · xviij · vnguem carnis facit pigmenta
sua etc · ¶ Quartum certamen est quia fecit
eam inter testas et carbones volutari Cō=
tra illud certamen habuit adiutorium om=
nia elementa · nam terra tremuit aer cho=
ruscauit aqua tyrannum absorbuit ignis e=
rupit sapientie · xxiiij · vindicte est orbis ter
rarum contra insensatos ¶ C ¶ Tercia fortitu
do fuit qui pre dulcedine dei omnia dele=
ctamenta despexit cum dicitur · Gustauit et
vidit etc · Beati qui sunt in nomine dei insi=
gniti Apoc · xiiij · Habentes nomen eius et
nomen patris eius etc · Sunt in superno ce=
lestis refrigerij positi ps · Quoniam apud te
est fons vite · Sunt multitudine dulcedi=
nis diuine repleti ps · Quam magna multi=
tudo dulcedinis tue domine · De triplici hac
pulcritudine beata agatha habuit tripli=
cem gustum scilicet nomen dei virtuosum ·
Rorem saluificum et spiritumsanctū · vnde
ait Si feras promittis audito dei nomine mā
suescunt mathei vltimo · In nomine meo
demonia eiciunt Si ignem adhibeas de

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0101
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt